



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 46. Belli sacri propositum inutile.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

Sæcul. XIV.
A. C. 1319. hemiæ nullum habere jus ad Poloniam, sed hanc pertinere, ad Ladislaum tanquam hæredem naturalem per legitimam successionem. Itaque ut suum cuique jus conservaremus, petitiæ dignitatis collationem modo quidem omittendam duximus. Dabat 20 Aug. 1319.

§. XLVI.

*Belli sacri propositum inutile.**Rayn. n. 19.*

Reges Franciæ Angliæque magnum monstrabant desiderium transeundi ad terram sacram, ut votum persolverent suum. Sed Papa eis exposuit non favere tempus. Vide, quomodo scripserit Regi Eduardo! Priusquam cogites iter transmarinum, vellemus, ut pacem probe firmasses in regno & conscientia tua, ita, ut nihil objiceret tibi, quod Deum offenderet aut proximum. Nimirum magnopere discrepabat a Proceribus suo agendi modo neutiquam contentis. Dabat 25 Maji.

Regi Philippo respondit in hanc sententiam: Pax tale ad molimen necessaria relegata propemodum est ab orbe Christiano. Anglia & Scotia mutuo flagrant odio. Germaniæ Principes inter se bellum gerunt. Siciliæ ac Trinacriæ Reges tantum breves inducias agunt
ad

ad pacem male affecti. Cypri & Arme-
 niæ Reges continua suspicio ac diffiden-
 tia sejunctos tenet. Hispaniæ Regibus
 satis negotii facessit finium suorum de-
 fensio contra regnum Granatense. Lom-
 bardiæ urbes altera alteram impugnant,
 intestinis discordiis scissæ, odiis & factio-
 nibus plenæ: regio scatet tyrannis obe-
 dientiam detrectantes ferro & igni exa-
 gitantibus. Genua tam celebris tam-
 que accommoda itineri transmarino his
 dissidiis & ipsa vastata jacet, ac omni pæ-
 ne auxilio destituta. Mare in illis locis
 navigari nequit: viæ terrestres non sunt
 liberæ: demum hæ oræ omnes impedi-
 re magis quam promovere molimen
 possunt. Adhæc reputa tecum misera-
 bilem statum Ordinis Hospitalarii, cui
 ruina impendet; cum supra trecenta se-
 xaginta millia florenorum duabus solum
 societatibus debeat: & hic tamen Or-
 do erat, in quo plurimum opis fore me-
 rito sperabamus. Et postea: Hæ con-
 siderationes facient, ut tempus itineris
 transmarini nunc quidem procul ab-
 esse videas. Si hoc nihilofecius velis su-
 scipere, perpende, quos sumptus postu-
 let, & quænam subsidia huc ferri queant
 sine tentatione rei, quæ vires humanas
 non minus superet quam olim. Scripsit
 29 Nov. 1318.

sæcul. XIV.
 A. C. 1319.

K 5

§. XLVII.